

ERLÄSSE UND BERICHTE

DECRETUM DE FACULTATE EDENDI LIBROS LITURGICOS

Quanta sedulitate liturgicis libris edendis Sacra Rituum Congregatio semquam sacris Voluminibus ab omnibus haberi voluit, luculenter commonstrant. Hinc reservatio tituli „Typographi Pontificii“, quem paucis tantum et quidem probatis typographis decursu temporis concessit; hinc etiam Sacrorum Librorum revisio, quam ipsamet Congregatio accuratissime peragere solet.

Attamen iamdudum, varias ob causas, mos invaluit, ut quilibet typographus, accedente consensu atque approbatione proprii Ordinarii, libros liturgicos et praesertim Missale et Breviarum Romanum, haud semper ea qua decet forma et textus puritate, in lucem edat. Ut autem huic incommodo provideatur et decori, quo res ad divinum cultum pertinentes nitere debent, consulatur, textusque sacri emendatissima exhibeatur lectio, Sanctissimus Dominus Papa XII haec quae sequuntur statuenda decrevit, sublata quavis concessione atque abusu in contrarium existente:

1) Uni dumtaxat Typographiae Vaticanae, ceteris exclusis, libros liturgicos typis excudendi ius esto.

2) Quilibet typographus, sive pontificio diplomate gaudet, sive non, toties a S. Rituum Congregatione licentiam obtinere debebit, quoties hos libros edere velit.

3) Administrationis Bonorum S. Sedis est pro publica horum librorum divulgatione singulis vicibus condiciones ferre.

4) Concordantia cum editione Vaticana ab Ordinario, iuxta can. 1390 Cod. Iuris Canonici, concedenda, ne subscribatur ab ipsis nisi post diligentem atque accuratam viri in re liturgica periti revisionem.

5) Ad huius decreti effectum, hi qui sequuntur liturgici accensentur libri: Breviarium Romanum — Missale Romanum — Rituale Romanum — Pontificale Romanum — Martyrologium Romanum — Caeremoniale Episcoporum — Memoriale Rituum — Octavarium Romanum — Collectio Decretorum S. Rituum Congregationis.

Contrariis quibuscumque, etiam speciali mentione dignis, non obstantibus. Romae, 10 Augusti 1946.

† C. Card. Salotti, Ep. Praen. Praefectus.

L. + S.

(A. A. S. XXXVIII. 371 s)

† A. Carinci, Archiep. Seleucien. Secretarius.

2. KONFERENZ DER ÖSTERREICHISCHEN LITURGISCHEN ARBEITSGEMEINSCHAFT

Am 2. und 3. Oktober dieses Jahres wird am Institutum Liturgicum in Salzburg unter dem Vorsitz des liturgischen Referenten der österreichischen Bischofskonferenz, Exzellenz Fliesser, die 2. Konferenz der Österreichischen liturgischen Arbeitsgemeinschaft stattfinden. Die Beratungen werden im geschlossenen Kreis der österreichischen Delegierten gehalten. Wie vor der Frühjahrskonferenz, ersucht das Institut auch diesmal Leser und Mitarbeiter, uns ihre Anliegen mitzuteilen und die Besprechungen mit ihrem Gebet begleiten zu wollen.
